



CAPUT IV.

DE TESTAMENTO NON COMPLETO PERFECTORATIONE VOLUNTATIS, AN RUMPAT PRIMUM PERFECTUM, & SOLEMNE AD LEGEM 23. tit. 1. part. 6. & UTRUM CONCEDATUR REMEDIUM LEGIS FINAL. C. DE EDICTO DIVI HADRIANI, HEREDI INSTITUTO IN NON COMPLETO TESTAMENTO VOLUNTATIS TAMEN RATIONE PERFECTO.

SUMMARIUM.

Testamentum non completum ob impedimentum sustinendum ratione voluntatis perfectae habet aliquos effectus. 1. Testamentum coeptum, & ob impedimentum non completum perfectum ratione voluntatis rumpit primum testamentum ex omni parte perfectum, & solemne, dummodo secundum testamentum contineat heredis institutionem. 2. & 5. Testamento secundo imperfecto non tollitur primum perfectum. 3. L. 23. tit. 1. part. 6. traditur. 4. Testamentum primum revocatum censetur, quando testator im-

peditus fuit ab herede, ne secundum conderet testamentum. 6. Testamentum inter liberos, non solemne rumpit primum testamentum solemne, & perfectum. 7. Testamentum primum inter liberos favorabilius liberis, quam secundum non rumpitur per secundum, sed primum sustinetur. 8. Testamentum primum solemne septem testibus probatum tollitur per secundum ad pias causas probatum duobus testibus. 9. Codicillis ad pias causas valet institutio, & revocatur testamentum, ibid. Verba debent intelligi cum effectu. 10.

Testa-

Testamentis duobus validis nemo potest decedere nisi Miles. 11. Testamenti unius valor, desertio est alterius testamenti. 12. Perfectionem ex heredis institutione recipit testamentum. 13. Institutio heredis est ultimum, quod poni solet in testamentis. 14. Clausula revocatoria necessaria non est in testamentis. 15. Testamento secundo primum revocatur. 16. Testamentum imperfectum in quo sunt instituti venientes ab intestato rumpit primum perfectum, & solemne. 17. Per alta interpretatio ad l. 23. tit. 1. part. 6. admittitur. 18. L. fin. C. de edicto Div. Hadr. & illius remedium habet locum in herede instituto in testamento ob impedimentum non completo ratione voluntatis perfecto. 19. Instrumentum non habet executionem paratam quando probatur per testes. 20. Testamenti non completi perfectio testibus probanda est. 21. Possessio ex l. fin. C. de edict. Div. Hadr. non conceditur ex testamento in aliqua sui parte vitioso. 22. Possessio ex l. fin. C. de edict. Div. Hadr. conceditur ex testamento nuncupativo facto coram

testibus, non tamen in scriptis tunc redactis, & testes examinari debet praemissa prius citatione contra eos, quorum inter est. 23. Heres ex testamento nuncupativo potest facere illud ad scripturam reduci, & publicari. 24. Tenuta remedium habet locum pro Maioratu probato ex immemoriali praescriptione. 25. Testamentum non requirit scripturam, ad perfectionem, sed ad probationem. 26. Iudicium possessionum adipsceda capax est iudicij praambuli. 27. Testamentum infirmari patenti vitio, & habere vitium occultum differant. 28.

CVM capite antecedenti probatum sit ex responso Iavoleni in l. si quis cum testamentum 25. ff. de testamentis, quod testamentum coeptum non completum ob impedimentum superveniens, perfectum ratione voluntatis, sustineatur, ex illius textus decisione, quae in viridi est observantia nulla lege regia mutata, aut alterata: sequitur nunc effectus huiusmodi testamenti dicto in casu sustinendi describere; praecipui autem sunt

funt brevitare solita hic explicandi.

2 Primus est, quod huiusmodi testamentum coeptum, & ob impedimentum non completum, & consummatum, perfectum tamen ratione voluntatis, rumpit primum testamentum ex omni parte perfectum, & solemne, dum modo secundum testamentum contineat heredis institutionem. Pro cuius perfecta cognitione, pro ratione dubitandi obijcitur primo textus in §. ex eo, & §. posteriore, instit. quib. mod. testam. infirmant. ubi secundo testamento imperfecto non tollitur primum perfectum. Ergo secundo testamento coepto non completo, ac proinde non solemne nec perfectum non rumpitur primum solemne, & perfectum.

4 Secundo textus de iure regio, in l. 23. tit. 1. part. 6. ubi expresse in casu de quo loquimur contrarium deciditur, ibi: *Acabadamente, aviendo algun ome fecho su testamento, si despues de esso, queriendolo revocar, comenzasse a fazer otro, e no lo acaba se, por algun embargo, que le avinieffe, o por otra razon no se embargaria por de el testamento primero. Ca derecho es, que el testamento, que es fecho acaba-*

damente ante siete testigos, non se desate por otro que non fue se cumplido.

5 Quibus non obstantibus certissimum est, secundum testamentum coeptum non completum in casu de quo loquimur, primum ex omni parte perfectum rumpere, dummodo hoc secundum testamentum contineat heredis institutionem. Sic tenent Petrus de Peralta in l. si quis in principio testamenti n. 39. ff. de legat. 3. Alvaradus de coniectur. ment. defuncti, lib. 3. cap. 2. §. 1. nu. 14. ita decisum in Rota dicit, & sequitur Stephanus Gratianus lib. 3. discept. forens. cap. 550. num. 39. & 40. ut certum supponit Curcius Iunior, cons. 12. in principio Capicius Latio decis. 140. lib. 2. num. 10.

6 Et probatur primo hac opinio ex eo, quod secundum testamentum ob impedimentum perfectum, & consummatum non fuit; at in casu impedimenti primum testamentum perfectum revocatur, ut si testator optabat revocare primum testamentum, & alium heredem facere & dum ita incepit ab heredem impeditus fuit: tunc ergo primum testamentum

revocatum ceterum l. si scriptis, ff. de his quibus ut indignis Iason, cons. 31. col. 3. vol. 1. Gratius cons. 20. vol. 2. Mantica de coniect. ultim. volunt. lib. 12. tit. 1. n. 24. Marta de success. legal. tom. 2. part. 4. q. 4. art. 1. nu. 52. Ergo secundum testamentum coeptum, & non completum perfectum tamen ratione voluntatis rumpit primum ex omni parte perfectum.

7 Secundo probatur ex eo, quod non est novum, quod testamentum imperfectum rumpat testamentum ex omni parte perfectum, & solemne, ut testamentum inter liberos, quod non solemne, & imperfectum sustinetur, ex l. fin. C. de familiae erciscunda, l. hac consultiissima, §. ex imperfecto C. de testamētis, rumpit tamen primum testamentum solemne, & perfectum. Sic ex Baldo in d. l. hac consultiissima, §. ex imperfecto. Raphael Fulgositus cons. 90. num. 2. in medio. Ioan. Mar. Riminal. cons. 459. nu. 1. vol. 3. Gratius cons. 90. lib. 2. Mare. Anton. Natta in d. §. ex imperfecto nu. 216. & cons. 124. nu. 2. lib. 1. Gamma decis. 109. Julius Clarus, §. testamentum quest. 97. quod tunc limitatur, quando primum quoque testamentum fuit inter libe-

ros, precipue si sit favorabilius liberis, quam secundum, nam isto casu primum testamentum non rumpitur per secundum. Clarus quest. 98. ubi citat Iasonem, Socinum Iuniolem, Riminaldum, Parisium, Crotum, & Didacum, quibus addi possunt Castré- sis, Albericus, Angelus, Cynus, Bald, Salicet. & Greg. Lop. quos refert, & sequitur D. Ioan. Bapt. de Larrea, tom. 2. decis. Granatens. 57. num. 8. & fin. cum Marco Antonio Eugenio, Stortia Oddo, & alijs Cancerius lib. 1. var. cap. 4. nu. 5. Marta de success. 2. tom. p. 4. q. 4. art. 6. num. 5. Achill. Personal tract. de adipisc. possess. sub tit. de petit. heredit. nu. 577. Accacius de privileg. parent. privil. 15. cap. 2. num. 15. & 16. Thesaurus quest. 34. num. 10. lib. 4. Fontanella decis. 203. nu. 4. Argel. de acquir. possess. q. 6. artic. 9. num. 28.

9 Et testamentum primum solemne septem testibus probatum, tollitur per secundum ad pias causas probatum duobus testibus. Tiracuellus de privileg. pia causa privileg. 2. in principio Mascardus de probationibus 3. tom. conclus. 1353. num. 36. Gutierrez lib. 3. practicarum quest.

quæst. 47. n. 2. Phœbo decis. 56.
per totam. Fusarius conf. 94. n.
9. vbi plures refert Mencha-
ca de success. creat. §. 22. nu. 17.

Et codicillis factis ad pias
causas revocatur testamen-
tum antè, & sustinetur
institutio, quam vis alias co-
dicillis dari non possit. Alex.
& Ias. in l. 2. C. de codicill. Ca-
strensis conf. 93. n. 6. & 7. lib. 1.
Castillo lib. 4. cap. 22. n. 71. er-
go secundum testamentum
perfectum ratione voluntatis,
& imperfectum ratione so-
lemnitatis rumpit primum
ex omni parte perfectum.

10. Tertio probatur ex eo,
quod ex decisione dictæ legis
si quis cum testamentum hoc in
casu sustinetur, & valet non
completum testamentum, &
per consequens ipso rumpi-
tur primum, quia verba de-
bent intelligi cum effectu, l.
1. §. hæc verba, ff. quod quisque
iuris. l. quoties, ff. qui satisfacere
cogant. Et nullum effectum ha-
beret hoc secundum testamen-
tum nisi primum rumpere-
tur, quia nemo duobus testa-
mentis validis decedere po-
test nisi Miles, l. quærebatur, 20.
ff. de Milit. testam. & quia va-
lor vnius est destructio alte-
rius, argum. l. Pomponius, 40. §.
sed ex is ibi. Nam cum indicatur

rem meam esse, simul indicatur
illius non esse, ff. de procurat. iun-
cto dicto §. posteriore, instit. quib.
mod. testam. infirm.

12. Quæ conclusio prædictis
rationibus fulcita tantum pro-
cedit, & intelligenda est cum
secundum testamentum in-
completum continet heredis
institutionem. Cuius vera, &
iuridica ratio est, quod per
heredis institutionem per-
fectionem, & vires recipit te-
stamentum, l. quod per manus
10. l. fin. ff. de iur. codicillorum, l.
proxime, ff. de his, quæ in testamē-
to delent. §. ante heredis, instit. de
legatis §. in primis, instit. de
fideicommiss. heredit. Et quia he-
redis institutio est ultimum,
quod poni solet in testamētis
secundum communem usum
testandi, ut ex Baldo, & alijs
notat Spino de testamētis, gloss.
17. de instit. hered. num. 14. vbi
quod hodie iam est in usu,
quod institutio heredis po-
natur in fine testamenti, Pi-
chardus in Rubrica instit. de te-
stament. n. 10. Et tantum post
institutionem de stillo tabel-
lionum solet scribi clausula
revocatoria, quæ necessaria
non est, ut tenent Ripoll. var.
resolut. cap. 13. n. 246. Thad.
Piso lib. 1. var. cap. 32. n. 2. Gra-
tianus tom. 4. cap. 659. num. 1.
Fari-

15. Farinac. conf. 97. nu. 20. tom. 2.
Rovitus conf. 93. num. 2. & 3.
Surdus conf. 414. n. 22. sforcia
conf. 89. n. 40. Burlatus conf.
47. n. 7. lib. 1. nam secundo
testamento primum revoca-
tur l. sancimus C. de testamentis,
l. 1. & 2. ff. de iniusto rupto, §. po-
steriore instit. quib. mod. testam.
infirmor. l. 8. 20. 21. & 22. tit. 1.
part. 6. Castill. lib. 4. cōtroverf.
cap. 37. num. 31. quod procedit
etiam si testamēta antero-
ra fuissent mille, nā ultimo
revocatur Marta conf. 181. a
n. 1. Vnde cum in casu de quò
loquimur testamentum mi-
nus solemne valeat, & ob im-
pedimentum superveniens
suppleatur solemnitas, si in
eo hæres institutus sit, rum-
per equidē testamētum pri-
mum solemne, & perfectum.
16. Ad rationes dubitandi su-
pra traditas, quæ contra no-
stram resolutionem obstare
minimè dicimus, responde-
tur, ad primam ex §. postero-
re §. ex eo autē instit. quib. mod.
testam. infirm. Vtrum esse re-
gulariter, quod secundo te-
stamento nō solemni, & im-
perfecto non rumpitur pri-
mum solemne, & perfectum,
sed à regula excipiuntur ali-
qui casus, ut quando in se-
cundo testamento sunt insti-

tuti venientes ab intestato,
nam etiam si imperfectum
sit rumpit primum perfectum
l. 2. ff. de iniusto rupto l. hac con-
sultissima. §. si quis autem C. de
testamentis, l. 22. tit. 1. part. 6.
Sarmiento lib. 4. selectarum in
l. si filius in cuius potestate n. 1. ff.
de liber. & posthum. Gutierrez
lib. 3. præd. quæst. 47. D. Valen-
zuela Velaz. conf. 135. nu. 59.
Fachineus lib. 4. cōtrov. cap. 6.
Decteherus, dissert. 3. nu. 26.
lib. 2. & in alijs relatis à Pi-
chardo in d. §. posteriore, & in d.
§. ex eo autem, sic similiter ca-
sus nostræ legis si quis cum te-
stamentum specialis est.

17. Ad secundam ex lege 23.
tit. 1. part. 6. respondet Peral-
ta in dict. l. si quis in principio
testamenti num. 44. vbi illam
ad litteram scribit, quod de-
bet intelligi, & verificari,
quando in secundo testa-
mento non est heredis insti-
tutio ascripta, vel si fuisset,
probaretur per heredem in
primo testamento adscrip-
tum, quod testator volebat
procedere ulterius ad alia
disponenda, præter illa quæ
iam disposita per illum fue-
rant in eodem secundo te-
stamento: his namque duo-
bus casibus procedere po-
test decisio illius legis, ut per
se-